

VINUM CYDONIORUM.

R. Succi Cydoniorum depurati libr. j.
Sacchari albi unc. jj.

Immitte in phialam vitream charta leviter
obturatam, relinque per aliquot dies. Fermenta-
tione dein peracta servetur in vase vitro-
pleno, superfuso oleo.

Ita quoque fit

(*) VINUM GRANATORUM.

VITRIOLUM MARTIS.

R. Limaturæ Martis non rubiginosæ q. pl.

Solvatur in sufficiente quantitate olei vitrio-
li multa aqua diluti, ita tamen, ut aliquid de
Limatura superflua restet non solutum. Stet
per unum alterumve diem, movendo aliquo-
ties vas. Tunc filtrata solutio vaporet ad cu-
ticulam, reponatur in loco frigido, & na-
fscetur crystalli virides, quæ servandæ. So-
lutio reliqua eodem modo tractetur, donec
nullæ amplius crystalli obtineantur.

(*) Si ex hoc Vitriolo in aqua soluto, vel
ex ipsa priore Martis solutione per additum
alcalinum fixum salem excutitur terra martialis,
hæc denuo exsiccata, ac cum Oleo Lini inspif-

sam pultem redacta, leni calcinatur igne, obtinetur pulvis ater, cui nomen *ÆTHIOPS MARTIALIS* impositum fuit.

Est vero hic pulvis nihil aliud quam *Crocus martis phlogisto* pro parte duntaxat dotatus: parce igitur, nec ea velocitate, qua ferri recenter limati pulvis, a magnete attrahitur, ut vel ideo ferri limaturæ non rubiginosæ pulvis subtilissimus *Æthiopi* huic longe sit prærendus.

Alia quoque extat methodus *ÆTHIOPEM MARTIALEM* parandi, juxta quam Limatura Martis sola diurniore maceratione cum aqua communi, & frequentius repetita agitatione convertitur in pulverem nigrum subtilissimum.

VITRIOLUM VENERIS.

R. Cupri limati part. j.

Cui adfunde in cucurbita vitrea absissa

Olei Vitrioli optimi part. iv.

In Balneo arenæ evaporet ad siccitatem usque. Refrigeratæ massæ adfundatur aquæ tepidæ sufficiens quantitas, ut massa salina solvatur. Solutio filtretur, vaporet debite, & reponatur ad crystallifandum. Crystalli cæruleæ serventur. Reliquus liquor ulterius

eva-

evaporet, &, quo usque crystalli concrescunt, ad
crystallisationem ut prius reponatur.

VITRUM ANTIMONII.

R. Pulveris Antimonii crudi q. v.

In vase terreo non vitreato sub continua
agitatione calcinetur igne lenissimo, ne in gru-
mos confluat, (quod si contigerit, massa de
novo pulveranda est) donec in calcem gry-
seam abeat, nec amplius fumet. Hanc cal-
cem immittre crucibulo tegula plana operiendo,
& igne validiore urge, ut in massam æquabi-
lem fluat, quam tunc in marmor politum, &
calefactum effunde, ubi in vitrum concrescet
diaphanum, hyacinthini coloris, quod servan-
dum.

UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

R. Viridis Æris libr. β.

Mellis unc. xvij.

Aceti fortis unc. viij.

Coquantur sub continua agitatione in con-
fidentiam Unguenti.